

JOANNIS
T O R R E
DE
SUCCESSIONE
IN MAJORATIBUS
ET PRIMOGENITURIS,
TRACTATUS TRIPARTITUS.

JOANNIS
T O R R E
NOBILIS LUCENSIS,
EX SUPREMO CONSILIO
Seren^{mi} Parmæ & Placentiæ Ducis,

DE SUCCESSIONE
IN MAJORATIBUS
ET PRIMOGENITURIS ITALIÆ.
TRACTATUS TRIPARTITUS,
SERENISSIMO RAYNUTIO II.
Placentia & Parme Ducis sexto dicatus.

PARS PRIMA,
QUÆSTIONES PRÆCIPUAS AD MATERIAM
spectantes expediens.

ACQUITIT AD CALCUM OPERIS INDEX GENERALIS OMNIVM MATERIARVM.



LUGDUNI,

Sumpt. ANISSONIORUM, JOAN. POSUEL, & CLAUDII RIGAUD

M. DC. LXXXIX.

CUM PRIVILEGIO REGIS.





SERENISSIME DUX.

SOLEMNE est, SERENISSIME PRINCEPS, ac plurium saeculorum longo jam usu inveteratum ut q̄ qui ingenii sui monumenta in publicum edunt, magno se aliquo nomine tueantur: Regibus videlicet, Principib⁹que inscribendo: quasi malignitati, ac litori reverentia incuti potuisset, ut ab iis, tanquam sacrosanctis, impias mentes, vocesque abstinerent. Me (quamquam ingentis patrocinii umbram quessisse inficias non iiverim) ut eos sibi mearum vigiliarum fructus dicarem alia maioresque causa movere: laudum nempe tuarum veneratio, quibus non Italia modo, sed Europa totius admirationem jamdudum meruisti: memorisque, ac grati animi sensus, quem tot beneficiorum, plusquam aureis vinculis obligasti: Nam quem ad amorem ac admirationem, non allicitant eximie illæ virtutes, quibus tam abundè inistructus ornatusque es, ut peccatum tuum, non una, aut altera infederit; sed illud tanquam commune templum, sacrariumque, universæ sibi delegerint? Etenim ut illam prius attin-
gam, (neque enim modestia tua patitur singulis immorari) que ceterarum omnium veluti basis, ac fundamentum existit, nempe religionem, ac Numinis cultum; in quo privatorum tanquam pietatis studium ardoremque reperias, ut conferri posset ei, quo magnus Princeps, torque ingenti-
bus variisque curis distractus, erga Deum Divosque afficeris? ut tanquam Constantinus alter, aris, sacrificisque non minus quam sceptro, Imperioque, natus esse videaris; cuius singulare illud exemplum commemora-
se sufficiat, quò ter ad Lauretanam Diuae Virginis Edem, cum Regis
Conjugibus peregrinatus es: ut scilicet affectus omnes erga magnam Ma-
trem exsatiares: ibique domicilium corporis figeres, ubi jam fixeras cordis:
Ex quo pudicitia ac Virginitatis sacrario, insignem illam castitatem,

DE SUCCESSIONE IN PRIMOGENITURIS, ET MAJORATIBUS ITALIÆ.

CAPUT PRIMUM.

ARGUMENTUM.

IN proemio tractatum, prius oportet esse sollicitum de quidditate, & essentia rei, de qua disceptatur. De significatione verbi *succedere* quotupliciter accipiatur in Jure. Quid significet nomen *Primoogenitus*, & quae Privilégia ei competenter de Jure Antiquo, & quam hodie habeant præminentiam. *Primoogenitus* an dicatur ille, qui nullum habet fratrem post se; & an *Secundogenitus* mortuo primo, verè dicatur *Primoogenitus*, vel potius per interpretationem extensivam: Quis proprie dicatur *major natus*. Quomodo *Primoogenitura*, & *Majoratus* definitur; & à quo Jure originem ducant; & demum an sint dignitas.

S U M M A R I U M.

1. *Orig.*, & significatus rerum, est in primis quendam.
 2. *Proprietas vacui*, non debet ignorari.
 3. *Verbum succedit in latere significacione*, adaptatur ad omne id, quod in alterius locum succedit.
 4. *Succesio in stricta significacione*, accipient pro successione in bane alterius definiuntur.
 5. *Succesror dicitur*, qui in universa hereditate succedit.
 6. *Verbum successor* adaptatur etiam ad successionem rei particularis.
 7. *Adaptatur etiam ad successionem*, in *Primoogenituro*, & *Majoraturo*.
 8. *Primoegenitus* est, qui prima natus est.
 9. *Primoegenitus Iuri* differt à *Primoegenito Nascitario*.
 10. *Natus Primoegenitus*, testificatur etiam in *Inventario*.
- TOM. I.

11. *Primoegenitus Matris*, non *Patris*, verè dicebatur *Primoegenitus*, in *Sacra Scriptura*.
12. *Primoegenitura*, dicitur modo, respectu *Patris* non *Matris*.
13. *Famina*, verè appellatur *Primoegenitus*.
14. *Primoegenitus*, in *lege Naturae* dicebatur, quia erat caput *Familie*.
15. In *lege scripta*, *Primoegenitus*, erat *Principis Tribus*.
16. *Privilégia Primoegenitorum*, de *Iure Antiquo* que.
17. *Primoegeniti*, etiam hodie *Int'babent super alii*.
18. *Primo*, nullus est, nisi sequitur *secundus*.
19. *Primoegenitus*, non dicitur nisi *natus*.
20. *Primojeniti* appellatum tenet vocem *natus*.
21. *Fuit imprudente appellatione Primoegeniti*, unde *causa*.
22. *Prima dignitas*, aciciter quando nulla alia sequitur.
23. *Superlativa presupponit positum*.
24. *Primoegenitus*, non verè appellatione nisi *natus*.
25. *Secundogenitus*, nomenque dicitur *Primoegenitus*.
26. *Aetas* inquit in *bonitate* per *modum substantiae*.
27. *Quae per naturam constare non possunt*, nec *fingi* possunt.
28. *Aetas* est *quid personalissimum*, *quod cum persona extinguitur*.
29. *Primoegenito defuncto*, *Secundogenitus* fit *Primoegenitus*.
30. *Primoegenitus* habet *iradicatum* *succesorum*, non verò *extinguitur* cum persona.
31. In *Familia* *inducuntur*, *juxta tenorem investiture*.
32. *Secundogenitus* in *fatto* *Primoegenitus*, non habet *legatum* *competens* *Secundogenitum*.
33. *Fideicommissum* *conditum* *futuri Secundogenitum*, *competens* *Tertogenitum*, *mortuo Secundogenitum*.
34. *Emphyteusis* *concessa* *pro Primoegenitus*, *mortuo primo*, *comperit* *Secundogenitum*.
35. *Secundum Matrimonium*, aliquando *dictio primi*, & *tertii secundum*.
36. *Filius*, qui iam *decesserunt*, aliquando *habentur* *perinde* *ut si nati* *non essent*.
37. *Tempus successionis* est *attendantium*, ad *dignitatem*, *aut quas sit Primoegenitus*.
38. *Dignitas Testatoris*, quae loquitur de *Primoegenito*, *habet locum in Secundogenito*, *mortuo Primoegenito*.